aliquibus inuitis et per metum ad hec
prestantibus dicte Ciuitatem intrauit
predictas et ipsarum dominium usurpauit
et in eadem Ciuitate ut premittitur co-
ronatus fuit aliquibus etiam de clero
ipso interessentibus in coronatione eadem
et vicarium constituit antedictum eique ut
Regi Romanorum primo et ut Imperatori ac
ipsius vicario officialibus et ministris
obedierunt et eum Regem et Imperatorem
Romanorum et ipsius vicarium officiales et
ministros ut tales nominauerunt et ipsis L.
vicarijs officialibus et ministris subsi-
dia personalia et realia prebuerunt et pre-
missa fecerunt et fieri passi sunt simula-
te tamen propter metum qui cadere potuit
in constantes ex causis predictis non tamen
credentes ipsum L. esse uerum Regem uel
Imperatorem Romanorum ut est dictum. Fatentur
quoque mendosa falsa nefanda et erronea
supradicta fuisse predicata et dictos libellos
diuulgatos et appensos in Ciuitate et diocesi
predictis etiam iuxta mandata predicta
ipsis Clero et populo ac Communitate non audentibus
nec ualentibus prohibere nec ipsa men-
dosa falsa nefanda et erronea et in ipsis
libellis contenta credentibus fore uera.
Fatemur insuper quod fratrem Petrum de
Corbario sepedictum nominauerunt papam si-
mulate tamen ipsius Anticardinales et Antilega-
tum Cardinalem et legatum aliquos Anti-
episcopos Episcopos et aliquos officiales et ministros
eiusdem et promotos per ipsum uel nugatoria
et ficta et falsa auctoritate ipsius ut tales simu-
late nominauerunt et ut talibus scripserunt
et ipsorum litteris et nugatoria ficta et falsa
auctoritate usi sunt. Hec tamen omnia in hoc ca-
pitulo contenta que fecerunt uel ipsis
scientibus facta sunt fecerunt et passi
sunt simulate ac propter metum mandatorum
potentie et tyrannidis predictorum non cre-
dentes ea fore licita sed penitus illicita et
nefanda. Fatemur denique quod nonnullis
mandatis prohibitionibus processibus et
sententijs apostolica ac legationis siue ordinaria
auctoritate contra ipsos clerum populum et Communitatem

et singulares personas eorum factis et latis non
paruerunt temporibus supradictis et Interdictum
seu interdicta in Ciuitate et diocesi predictis
quauis auctoritate prolata aliquibus temporibus
non seruauerunt. Cum itaque sanctissime et cleme-
ntissime pater propter premissa uel aliqua ex eis
et dependentia ex ipsis dicatur clerum po-
pulum et Communitatem sepedictos et singulares
personas eorum ac eos qui ipsis dederunt auxi-
lium consilium uel fauorem uel qualitercumque
communicauerunt cum ipsis uel eorum aliquo in pre-
missis uel aliquo premissorum priuationem
priuilegiorum apostolicorum et Imperialium meri
et mixti Imperij ac Iurisdictionum et Iurium
dignitatum personatuum officiorum et beneficio-
rum ac bonorum ecclesiasticorum et temporalium excom-
municationum suspensionum et interdictorum sinon
infamiarum inhabilitatum irregularita-
tum et exclusionis a uocationibus et com-
mercijs ac actibus legitimis ac heresis
et fautorie heresis et nonnullas alias pe-
nas tam a iure positiuo et constitutionibus
prouincialibus et synodalibus quam ab homine
per processus et sententias apostolica legationis or-
dinaria et Inquisitorum heretice prauita-
tis auctoritate generaliter uel specialiter factos
atque prolatos incurrisse et ipsis penis non
esse irretitos et nonnullas de bonis et Iuribus
supradictis concessiones concessiones etiam
perpetuas et ex certa scientia alijs fore factas
quorum processuum et sententiarum ignorant
tenores. Supplicant humiliter Syndici
et Ambaxiatores predicti uestre Sanctitati qua-
tinus inspectis antiquis seruicijs impensis
Romane ecclesie per ipsam Ciuitatem et no-
biles antedictos et dampnis receptis ex
deuotione et causa predictis et destructione ipsi-
us Ciuitatis pro honore ecclesie Romane et
propter obsequia que possunt et uolunt ecclesie
Romane impendere dignemini misericor-
diter prouidere. Ita quod supradicti constituen-
tes inueniant gratiam in V. S. quam sperant
in omnibus et singulis supradictis. Promitten-
tes vice et nomine predictorum constituentium
iurare stare mandatis ecclesie et omne a-
liud iuramentum prestare quod ad obti-

nendum gratiam uestram et absolutionem et sin-
gulis supradictis fuit necessarium uel etiam
oportunum et omnem penitentiam atque penam
portare quam V. S. uel deputatis ab ea du-
xerit iniungendam. Et in speciali iuramus
ut procuratores et Syndici cleri Communis et
populi Mediolanensis et in animas nostras procuratorum
et Syndicorum constituentium eorundem quod sta-
bunt et parebunt mandatis ecclesie super
commissis ab eis et per nos nomine ipsorum confes-
satis et non confessatis et alijs in procura-
torio et Syndicatu contentis implicite uel
explicite. Item quo supra nomine et in animas
eorundem promittimus et iuramus uobis pre-
fato domino nostro pape et successoribus uestris cano-
nice intrantibus fidelitatem obedientiam et re-
uerentiam sicut Christi Vicario. Item promit-
timus et iuramus nomine et in animas eorundem
quod ipsi constituentes credunt quod non spec-
tat ad Imperatorem papam deponere et alium
facere sed hoc ipsorum nomine reputamus here-
ticum et heresim dampnatam per ecclesiam
quam et nos nomine ipsorum dampnamus quantum
in nobis est et dampnatam reputa-
mus secundum ecclesie determinationem. Item quod
supradicta per nos nomine ipsorum confessata
super quibus ueniam et gratiam petimus
nunquam committent sed in fidelitate et ecclesie
deuotione manebunt. Item quo supra
nomine et in animas eorundem promittimus
et iuramus quod predicti constituentes non
erunt cum L. de Bauaria dampnato
nec cum alijs hereticis et scismaticis nec
cum eorum sequacibus nec etiam cum sequa-
cibus Petri de Corbario per ecclesiam deno-
tatis seu denotandis nec eis auxilium
consilium uel fauorem dabunt in futurum
directe uel indirecte publice uel occulte si-
cut ipsos fecisse confessi sunt nec alio ali-
quo modo sed ecclesie et nobis domino nostro pape et
successoribus uestris canonice intrantibus fideles
erunt. Item quo supra nomine promittimus
et iuramus quod predicti constituentes officiales
et sequaces Petri de Corbario supradicti
per ecclesiam denotatos uel denotandos non
recipient scienter si qui sunt in terris que

ipsorum dominio iurisdictioni et administrationi su-
biciuntur seu subicientur sed eos abicient
et persequentur nec eis fauorem auxilium
uel consilium dabunt quousque ad gratiam ecclesie
sint reuersi uel nisi ad reducendum ad eandem
gratiam sine fraude. Item promittimus et
iuramus nomine et in animas eorundem quod consti-
tuentes predicti non receptabunt in Ci-
uitate Mediolanensi comitatu uel districtu
eiusdem prefatum L. uel eius stipendiarios
uel aliquos alios qui uenirent sub nomine
Imperatoris Romanorum uel Regis uel alterius ti-
tuli pro eis uel eorum altero contra mandata
uestra et successorum uestrorum canonice intrantium
nec pro eis uel aliquo eorum mittent nec per
se seu alios publice uel occulte eis uel eorum alicui
prestabunt uel dabunt auxilium consilium
uel fauorem si erunt stabunt et perseuerabunt
in rebellione ipsius L. et stipendiariorum eius et
aliorum qui uenirent sub nomine Imperatoris
Romanorum uel Regis uel alterius tituli pro eis
uel eorum altero contra mandatum sancte matris
ecclesie et uestrum ac successorum uestrorum. Item promit-
timus et iuramus quo supra nomine et in
animas predictorum quod predicti constituentes de terris
que ipsorum iurisdictioni et administrationi subi-
ciuntur uel subicientur premissos hereticos
ab ecclesia denotatos uel denotandos pro uiribus
expellere et exterminare curabunt. Item nomine
et in animas predictorum promittimus et iuramus
quod predicti constituentes obligationem conuen-
tionem conspirationem seu ligam non fa-
cient cum Ludouico predicto nec cum alijs
dampnatis per uos dominum papam predictum et
sanctam matrem ecclesiam et factam abicient et
dimittent cum effectu et continue dimittant.
Item quo supra nomine et in animas eorum promit-
timus et iuramus quod predicti constituentes
premissos et singulos clericos et laicos beneficia
uel officia ecclesiastica uel mundana occupantes
titulo L. uel P. predictorum uel alterius ab ipsis aut
ipsorum altero auctoritatem habente in terris et locis
ubi constituentes ipsi potestatem habent uel
habebunt pro uiribus cohercebunt quod dicta
officia uel beneficia dimittant. Item nomine
et in animas predictorum promittimus et iuramus